

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1325

**Auteur(s) :** Jean Hubert, Bayeux (clerc)

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1284, février

**Lieu d'émission :** Saint-Loup

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean dit Hubert, clerc, vend et délaisse, avec garantie, au chapitre de Bayeux, pour l'obit de Robert de Caen, une rente annuelle sur un masuage à Saint-Loup : le chapitre lui donne 6 livres tournois.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° DLII, t. 2, p. 306-307.

## Dissertation critique

Février 1283 est proposé par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Johannes dictus Hubert, clericus de Baiocis, vendidi, concessi, et penitus dimisi capitulo Baiocensi decem solidos Turonenses, duas gallinas, et viginti, percipiendos annuatim in quodam masuagio, sicut se extendit in longum et in latum, sito in parrochia Sancti Lupi Baiocensis, in vico qui vocatur la Cambete, juxta masuagium hæredum Willermi de Blaegneyo, defuncti, ex una parte, et masuagium hæredum Radulphi dicti Ovueil de Vaque, defuncti similiter, ex altera, per manum hæredum Philippi Rogeri, defuncti, videlicet viginti ova ad Pascha, quinque solidos Turonenses ad festum Nativitatis beati Johannis Baptistæ inde sequens, quinque solidos Turonenses et duas gallinas ad festum Nativitatis Domini inde sequens : qui quidem redditus in agmentum obitus Roberti de Cadomo, quondam clerici Baiocensis, avunculi venerabilis viri domini Roberti de Cadomo, qui modo est perpetuus vicarius in majori ecclesia Baiocensi, convertentur: tenendum, habendum, et jure hæreditario possidendum dicto capitulo dictum redditum, homagium dictorum hæredum Philippi Rogeri seu tenentis præfatum masuagium, cum omni jure et dominio quæ habebam et habere poteram in prædictis, libere, quiete, bene et in pace, et absque mei vel hæredum meorum reclamacione in eisdem de cetero facienda, salvo tamen jure domini capitalis. Et ego prædictus Johannes et hæredes mei dicto capitulo dictum redditum, cum omnibus et singulis supradictis, tenemur et debemus garantizare et deffendere contra omnes gentes, vel excambiare alibi, in nostro proprio hæreditagio, ubicumque fuerit, valore ad valorem, si necesse fuerit, competenter. Pro hiis autem venditione, concessione, dimissione, garantizatione, deffensione, et excambiatione, si necesse fuerit, facienda, dictum capitulum dedit mihi sex libras Turonenses de bonis vicarii supradicti, de quibus denariis me teneo penitus pro pagato. Et, ut hoc firmum sit et stabile, et duret in perpetuum, istud præsentî carta et sigilli mei

impresione confirmavi. Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, mense febrarii,  
coram parrochia supradicta.